

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Demosthenis Et Aeschinis, Principum Græciæ Oratorum
Opera**

Demosthenes

Aureliae Allobrogum, 1607

Philippica I

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1565>

res istas illi fixas esse, & immortales. nam & odit cū aliquis,
& metuit Athenienses, & inuidet, eorum etiam qui nunc ei-
videntur eile coniunctissimi : & viuera que ferē in aliis
hominibus insunt, ea in eius quoque familiaribus existi-
mandum est inesse. Nunc tamen hæc omnia supprimuntur,
cum nullum confugium habeant, propter vestram tardita-
tem & socordiam: quam deponendam esse dico iam. Vide-
tis enim, Athenienses, rem: quo improbitatis homo cuaterit,
qui nec optionem vobis darē gerendi, aut quiescendi: sed
minitatur, & verba superba, ut aiunt, vñrpat: & iis habendis
que subegit, contentus esse non potest: qui semper plura
mollitur, & circum vñdique vos cunctantes & desiderantes irre-
rit. Quando igitur, Athenienses, agenda que sunt, ageris?
Vbi aliquid acciderit? Vbi credo necessitas aliqua fuerit?
Quid veō de iis quæ nunc sunt, est existimandū? Nam ego
quidem arbitror liberis hominibus maximam esse necessi-
tatem, suscepimus in rebus gerēdis de decus. Num vultis, cir-
cumeuntes alius percontari alium in foro: Age dic mihi, nun
quid assertur noui? Potest ne quid magis nouum fieri, quam
quod homo Macedon subigit Athenienses, & Græciam ad-
ministrat? Obiit Philippus? Non certe quidem, sed argotat.
Quid vero vestra interret? Etsi enim aliquid ei acciderit, ce-
leriter vos alium Philippum facietis, si reb. ita eritis intenti.
Neque enim tam suis viribus auctus est, quā vestra negligē-
tia. Quanquam illud etiam, si quid ei accideret: & fortunæ
favor nobis ad esset, quæ semper nos melius quam nosmet-
ipſi curamus (etenim fortassis absoluere rem suumq. benefi-
cium consummātū reddet) scite vos, si propè essetis, & rebus
omnibus turbatis ingueretis, eas vos vestro arbitratu posse

Transficio ad ministrare. Ut vel o nūc estis, nec si vobis tempora darent
et consolam. Amphiolum accipere possitis, vestrīs & apparatib. & animis
tione ad ta fluctuantēs. Itaq illud prætermitto, oportere vos vltro ad f.
-tationem in-
ciendū officiū non nes esse paratos: tanquā vós ita sentiatis,
strutōnis
cum occu-
patione.
idque persuaū habeatis. De ratione autē instructionis, qua
vostalib. liberari posse negotijs putē. & multicudo quanti

elle debeat, & quæ pecunia sublidia, ceteraq. ut mihi recit-
simè & celerrimè coparanda videatur, e quidem operam dabo
ut dicam: antea precatus à vobis, postquam audieritis omnia, ut
iudicetis, neque anteueratis: neque tametsi primū videbor
nouam instructionē dicere, res à me differat quisquā existi-
met. Neque enim qui festinari & hodie rem geri iubet, op-
portunitissimè dicunt (cū, quo quidē in loco res nūc sunt, au-
xilijs, quæ nūc mittimus, pericula propulsare nō possumus)
sed qui ostenderit, quæ & quanta instructio esse, & vnde cō-
parati atq. retineri possit: donec aut pacē æquis cōditionib.
fecerimus, aut hostes deuicerimus. Sic enim deinceps nullis
malis cōflictabitur Me igitur hęc posse dicere arbitror: nec
impedio si quis alias pollicetur aliquid. Ac promissum quidē
est adeo magnū: ipsa res autem se iam ostendet: vos iudices
eritis. Primum omnī, Atheniensēs, triremes quinquaginta

**Expedita
elatis &
equitatus.** coparandas elle dico : deinde vos ijs animis elle oportere, vt si quid sit opus, ipsi cōscensis eis, nauigetis. Post, dimidiz parti e quirū, equestres tūcines & copiam nauigiorū instrui iubeo. Atque hēc in promptu esse censeo oportere, ad subfitas istas eius ē regno suo eruptiores, in Pylas, & Chersonesum, & Olynthum & quo liber. Hēc enim in eius animo excitāda est opinio: vos ex immēta negligētia, vt in Eubēcam, & prius aliquando ad Halicarū, & postremo nuper in Pylas, fortasse cum imperu erupturos. Non omnino, tanetē non feceritis, vt ego faciendam esse dico, fuerit hoc contemnen-
dū: vt aut metu, si scierit paratos, esse vos (cerò enim scier. sunt enim sunt apud vos ippos, qui de omnibus rebus eu-
certiorem faciant plures quam expedit) ocium agat: aut his despectis, incāutus opprimatur: obstat nemine, quo minus in eius regnum, si per occasionem licuerit, nauigetis. Hēc iūtū sunt, quae probata sī uoluimus, operari debent.

Delectus ciuum & militum numerus. **Igitur** sunt, quae probata esse vobis oportere dicam, & vt in-
structi sis, conuenire arbitror. Prz: ex hec copias aliquas, **Athenienses**, in procinctu habendas censeo, quæ continet-
ter belligerent, & illum infestent. Nemo mihi dicat decies
mille, neque vices mille peregrinos: neque conductios
illos exercitus: eas volo copias, quæ ciuibus constent: quæ,
sive vos vnum, sive plures, sive illum sive quemcumque du-
cem creaveritis, ei pareant, & sequantur: & his commea-
tum curari iubeo. Quæ autem erunt hæc copia, & quantæ,
& vnde commeatum habitur: & quomodo hæc facere
voletis? Ego dicam, & horum singula seorsim explicabo.
Peregrinos dico (neque id feceritis, quod s'ape vobis no-
cuit, dum minora putatis omnia quam oporteat, & maxi-
ma in decretis suscipientes, cum ad rem ventum est, ne
parua quidem facitis: sed ubi parua feceritis & compa-
raueritis, illis adiicite, si minora videbuntur.) Dico
igitur vniuersos milites esse oportere, bis mille ex his A-
thenienses oportere esse dico quingentos, è quacunque illi-

² ἐλάσσω φαίνεται. λέγω μή τοι πειται σπουδώτας θεωρίας. το

πληνιας καλως ἔχειν δοκη, γρόνον τακτὸν σρατούμενος, Α diligendi vobis atate videbuntur, qui certum tempus nolitent, non longum illud, sed quantum commodum esse videbitur, ut subinde aliis alij succedant. reliquos peregrinos esse iubeo: & cum his equites ducentos, quorum quinquaginta sint Athenienses minimum, eodem quo pedites modo militari, & equestres naues quibus hi vtatur. Esto: quid ad huc ampli? Celeres triremes decem. opus enim nobis est, cum ille classem habeat, etiam velocibus triremibus, ut tutò copias nauigent. Vnde igitur haec alentur? Ego & hoc dicam, & ostendam, postquam, cur tantulas copias satis esse putem, & ciues militare iubeam, docuero. Tantulas Athenienses, propterea quod nobis nunc exercitum parare non licet, qui collatis signis cum eo dimicer: sed latrocinari est necesse, & hac gerendi belli ratione vtendum primùm. Quare nec immelas eas (nec enim stipendia & commeatus sappetunt) nec prorsus exigua esse oportet. Ciues autem adesse, & naugare unam propterea iubeo, quod prius etiam aliquando audio peregrinum aliusque Corinthi militem nostram urbem, cui Polystatus praefuerit, & Iphicrates, & Chabrias, & alij quidam, & vosmetipos unam militasse. & vt auditione cognoui, peregrini illi vobiscum coniuncti & vos cum illis Lacedæmonios vicistis. Postquam autem ipsi peregrini per se bella vobis obeunt, amicos vincunt & federatos hostes autem facti sunt maiores quam expediret: & cum vix nostra ciuitatis bellum attigerunt, ad Artabazum & quovis gemitum potius abeant: imperator eos sequitur: non iniuria, neque enim is imperare potest, qui stipendia non solum. Quid igitur iubeat causas adimi & duci & milibus, mercede numeranda & domestico militi velut eorum inspectore, qua à duce geruntur, adiungendo. Nam vt nunc sit, ridicula est nostra rerum administratio. Si quis enim vos roget, Pacemne agitis Athenienses? Minime vero nos quidem, dicturis: sed cum Philippo bellum gerimus. Nonne verò creatis è vestris ciuibis decem centuriones, & duces, & tribunos, & magistros equitum daes? Quid autem isti plus agunt uno viro, quem miseritis ad bellum? Reliqui pompas vobis obeunt cum sacrificiis. Ut enim ijs qui lateos singunt, in forum creatis centuriones & tribunos, non ad bellum. An non oportuit. Athenienses, centuriones ciues, magistros equitum cines, magistratus domesticos esse: vt reuera essent copiae ciuitatis? At in Lemnum vestro magistro equitorum nauigandum est: eorum autem qui pro nostra viris possessionibus præliatur, Menelaus est magister equitorum. Neque haec hominis reprehendi causa dico: sed à vobis eum creatum esse oportebat, quisquidem sit. Fortassis autem hæc rectè dici putatis: pecunia verò quanta & unde comparanda sit, maximè audire cupitis. Id igitur sane expediatur. Ea est pecunia ratio ratio, vt ad alienum hunc exercitum, & cibaria duntaxat militibus comparanda, nonaginta sint talenta numerada, & paulo amplius: decē celeribus nauibus quadraginta talenta, vicenæ minx in nauē singulis mēsibus: militum duobus millibus totidē alia, vt duas singuli milites drachmas in mēsem pro cibariis accipiāt: equitibus ducētis numero, si tricenas drachmas in mensim accipient singuli, duodecim talenta. Si quis verò putat, commeatum paruo esse subsidio ijs qui militant: nō rectè sentit. Ego enī compertum habeo, si hoc factū fuerit, ipsum exercitū ē bello sibi reliquias. τοις δὲ ιπτεῦσι, δέκασίσιοις οὖσι, εἰς ξείκοντα σρατούμενοις μόνον) τῇ διωνάμει ταῦτη, πάλαιται σκευήνοντα, ηγιανόν την σφές. δέκα μὲν ναυοι ταχίαις, τετταράκοντα πάλαιτα, εἴκοσι εἰς τὴν ναῦν μηδ, τὰ μηδεσὶ εἴκοσι. σρατώτας ἡ μηδελίσις, τοσαῦτα ἐτεραὶ ήτα δέκα εἴκοσι τὰ μηδεσὶ σρατώτης σραχμαῖς σιτρέσιον λαμβάνῃ. τοις δὲ ιπτεῦσι, δέκασίσιοις οὖσι, εἰς ξείκοντα σραχμαῖς ἔκασος λαμβάνῃ τὰ μηδεσὶ, δέκα μηδετέρα πάλαιτα. εἰδέ τις οἰστα μηρῷ αφοριθεὶς, σιτρέσιον τοῖς σρατούμενοις υπάρχειν, οὐκ ὄρθως ἔγνων. εἰς δὲ οἶδα σαφῶς, ὅτι εἰ Φτο γένι, ταχασσορεῖ τὰ λοιπά αὐτὸ τὸ σρατούμενον

Superioris
confiliū re-
silio.

Sermocinus
qua Atheniensis
ignavia ob-
stenditur.

Pecunia
quanta es-
te debet.

qua comparaturum, sine villa vel Græcorum, vel sacerdotiorum iniuria, ut integrum stipendum habeat. Atque ego ultra nauigabo vnam, quiduis pati paratus, nisi haec ita erunt. Vnde igitur pecunia, quam requiro a vobis, comparabitur? Hoc iam dicam.

PECVNIARIA RATIO.

Quæ nos, Athenienses, inuenire potuimus, hæc sunt. Postquam autem sententias rogaueritis: ea quæ vobis probata fuerint, decernite: vt non tantum decretis & literis belligeritis cum Philippo, sed etiam factis. Multò autem melius, vt mihi videtur, de bello & tota instruētione deliberabis, si locum Athenienses, regionis, cui bellum inferetis, cogitabis: & considerabis, ventis & anni temporibus anticipatis, pleraque perficere Philippum: & expectatis Ethesis, aut hyeme, bellū aggredi, cum nos illuc peruenire non possumus. His itaque consideratis, nonmittendo tumultuari milite vobis bellandum est (negligemus enim omnes occasiones) sed instruētione perpetua atque exercitu. Licebit autem vobis Lemni & Thali, & Sciathi, & in aliis illi^o loci insulis hybernare cum exercitu: in quibus & portus, & frumentum, & omnia quæ requirit exercitus, parata sunt. Anni autem tempus, cum & appellere ad terram facile, & à vétis iuxta ipsam regionem, & mercatum aditus, versantibus nihil periculi est: haud difficulter intelligetis. Quemadmodum igitur, & quando vtendum sit exercitu: ipsum tempus docebit eum, in quem vos imperij autoritatem contuleri-

Vitilitatem
sui confilii
& ordinis
ac prouide-
tis succel-
sus ludorum
exemplu-
stendit,
tis. Quæ autem à vobis præstari debeant, hæc sunt
quæ ego scripsi. Quid si hanc, Athenienses, pecuni-
am comparaueritis primùn quam dico: deinde ce-
tera etiam omnia perfectè instruxeritis, milites, tri-
remes, equites: omnesque copias lege obstrinxeritis,
vt bello continenter incumbant, ipsique vos pecu-
niæ quæstores & præbitores, ab imperatore rerum
gestarum rationes requiretis: iisdem de rebus sine
yllo successu deliberare perpetuò, desinetis. Accedit
illud etiam, Athenienses: maxima illi emolumenta
intercipietis. Ea quæ sunt? A nostris sociis extorta
pecunia nos oppugnat, navibus hostiliter diripiendis.
Quid præterea? Vos illud eritis consecuti, vt
vobis noceri non possit: non es sicut, quæ superiori
tempore, cum in Lemnum & Imbrum facta in impres-
sione, vestros ciues captiuos abduxit: & ad Geræstū
comprehensis nauibus, immensam pecuniam coë-
git: postremò in Marathonem excedit, & sacra tri-
remi è nostra ditione abrepta, abiit: Vos autem ne-
que hæc prohibere potuistis, neque constitutis à vo-
bis temporibus opitulari. Verum cur tandem putat-
is, Athenienses, Panathenædrum ferias, & Baccha-
nalium, semper conuenienti tempore fieri, siue pe-
ritis harum vtrarumque curatio forte obuenerit, si-
ue imperitis: in quas tantos sumptus facitis, quantos
nec in unam classem: & tantam tui bam adhibetis, &
tantum apparatum, quantum haud scio an ullus om-
nium habeat: classes autem omnes vestras, occasio-
nibus deum amissis venire? illa Methone, illa Pa-
gasa, illa Potidam missa? quid illa omnia lege san-
cta & ordinata sunt, & quisque vestrum multo an-
te nouit, quis ædilis aut gymnasiarachus suæ tribus,
quando & à quo & quid accipiendum, quidque fa-

Confusio- ciendum sit. Nihil non exquisitum, nihil non definitum, nihil denique neglectum est. In rebus autem
nis & im- bellicis, & belli apparatione, inordinata, indefinita,
prudentia, incomposita omnia. Quapropter simulatque au-
damna, diuimus aliquid: & triremū praefectos cōstituimus,
& inter eos permutationes opuni instituimus, & de
nī τι λεζότα, τι δὲ ποιέν, καὶ τις εἴτασσον, καὶ δέ αἱρε-
ται γομών, αἱ ταῖς, αἱ ορείσα, αἱ σύρθωται ἀπειλήσα. Τοι

Α Σπὸ τε πολέμου, καὶ νῦν τὴν ἐλλήνων ἀδικοῦσ, οὐδὲ τὴν
συμφέρειν, ὡς τὸ ἔχειν μιθόν τι τεληκάγωσιν μπλέων ε-
θελοντῆς πάχειν ὅπου μὲν ἔτοιμος, ἐπειδὴ ταῦθι οὔτες ἔχει.
πόθεν οὖν ὁ πόρος τῷ ληφθεῖσιν, ἢ παρ ὑψηλούς κελεύω,
γρήσεταις τὸν δηλεξε.

ΠΟΡΟΥ ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ.

Α μὴ ήμεις, ω̄ αἱδρες ἀθηναῖοι, δεδωκόμενοι σύρεν,
ταῦτα δέν. ἐπειδὴν δὲ θηγανεστοῦτε ταῖς γνώμαις, αὐτὸν
ὑμῖν φέροντες, καὶ εποίησατε, ἵνα μὲν μόνον τοῖς φυρίσμα-
σι, καὶ ταῖς θηγανοῖς πολεμεῖτε φιλίππω, ἀλλὰ καὶ τοῖς
ἔργοιν. δοκεῖτε ὃ ιηποτοὺς βέλτιον. αἱ τοῖς τὰ πολεμεῖσι,
καὶ ὅλης τῆς Θεσσαλίας βουλεύσασθε εἰς τὸ πάντα, ω̄ αἱδρες
ἀθηναῖοι, τὸ χωραῖον, τοὺς λευκούστετε, τὸ θυμοτύπιον,
καὶ λογίστικόν, ὅπει τοῖς πνεύμασι, καὶ τὸ ὄφες τὰ ἔτοις
τὰ πολλὰ τοελευθερίων δέχεσθαι. Τοῦ οἰκιστικοῦ καὶ φυ-
λαξας τοῖς εποίες ἢ πάντα χειρόνα θηγερεῖ, οὐδὲν αὐτὸν
μεῖς οὐδὲ διανόμενα ἀποτελέσθαι. δεῖ τούτων οὐ μᾶς
ταῦτα ἀθηναῖοι μόνοι, μηδὲ ηπείραις πολεμεῖν, οὔτε τοι-
μὴν δὲ αἴπειτον, ἀλλὰ τοιχοῖς οὐσιαῖς, καὶ δια-
μειράρχεις οὐδὲν χειμερίων μὴν χειρίδες τῇ διαφένει,
Β λήμαρι, ἡ θάσος, οὐ σπιάσθε, καὶ ταῖς αὖλαις ταῖς εἰς τού-
των τὰς τοπειαν θησαυρούς, εἰς ἀγροὺς λιμένες, καὶ στοιχεῖαν τὸν χει-
ρατούμασι, πατέντας ὑπάρχει τοὺς δέλτας τὰ ἔτοις, ὅπει τὸν καὶ
τοελευθερίαν δέχεσθαι τὸν πατέντα, καὶ τὸ τῷ πνεύματον ασ-
φαλές, τοὺς αὐτοὺς τὴν χώραν, καὶ τοὺς τοῖς τῷ οὐρανῷ εμπερίων
σόμαστι, ραδίως ἴσαγαν μὴν οὐκ χείσει. Καὶ πότε τῇ δυ-
νάμει, τοιχοῖς τοὺς πολεμεῖσθαι τοῖς πάντας κατατάσσεις
ὑμέρῃ, βουλεύσεται. οὐδὲν υπάρχει δεῖ παρέμβειν, ταῦτα ἐ-
σιν αἴσχως γέγερασθαι. αἱ δέ ταῦτα, ω̄ αἱδρες ἀθηναῖοι πολε-
μοῦτε τὰ χειμερία, τοελευθερίαν αλέινω, εἰς τὰς οὐρανάς
καὶ θεοποιεῖσται ταῖς τοιχοποτασί, ταῖς θηγερεῖς, ταῖς ιστ-
πέαις, καὶ τελλῖται πάταν τὴν δύναμαν τόντων κατατάσσειστε,
θηγερεῖς πολέμων μόνον, οὐδὲ μὴν χειμερίαν αὐτοῖς ταρίχαι,
καὶ πολεισταὶ γηγόρδυοι, τῷ δέ τοιχοποτασί τοιχοποτασί τοιχο-
ποτασί τὸ λόγον ζητοῦστες πανορμάδεις αἰσθαντεῖς τὸν αἰτίων βου-
λεύσεμέντοι, τὸ πλέον σύδεν ποιοιωτεῖς δέ τοιχοποτασί,
τοιχοποτασί τον μὴν, ω̄ αἱδρες ἀθηναῖοι, τὸν μέγιστον δέ τοιχοποτασί
πορευοντες αφαιρίστεθε. εἰς δέ τοιχοποτασί δέ τοιχοποτασί τὸν μετέργην υ-
μῶν πολεμεῖσθαι μεμάχοντας, ἀγωνηῖς φέροντες πάντας τὰς η-
θαλεπταῖς. ἔπειτα τοιχοποτασί τούτων; τὰς πάροχες αἵπατα καὶ

καὶ ἔξω γῆς οὐδὲ τὸν παρελθόντα χρόνον εἰς
λημόνιν ἡ θύεσσιν ἐμβαλάνων, αἷχμα λάτες πολίτες ὑμα-
τέσσις ὥστε ἀγαπητοῖς τῷ γένεισαν τὰ πλοῖα συλ-
λεψάντων, ἀμέθυτα γείματα τελέσεις. τὰ τελεσταῖα δὲ εἰς
μαραθώνια ἀπέβη, καὶ τὸν ιερὸν διπό τὸ χώρας φύγει, ἔχον
τιμήν μείς ἡ βάτη ταῦτα ἡδὺ μάστιν καλέντες, ὡς τοῖς
χρόνοις οἱ αἱ τερατέστατες θεοῖς. οὕτοις τὸ δύπτοτε, ὁ
ἄνδρες ἀδηναῖοι, νομίζετε, τὸ μὲν τὸ παναθηναϊκὸν ἑορτὴν
καὶ τὸν τῷ διοικούσιον, αἱ τὸ καθηκόντος χρόνου γένεθλιοι,
αἱ τε δεινοὶ λόχωσιν, αἱ τε Ιδιωταὶ οἱ τουτον τὸν ἐμφατέσσον
θημελησόμενοι, εἰς ἀποστολὰ μαλίσκετε γείματα, δό-
στα οὐδὲ εἰς ἔνα τῷ διπόσόλων, καὶ τοσοῦτον ὄχλον καὶ το-
σαύτην αἵρεσιον, δοστὸν εἰσὶν εἴπει τῷ απαίταιν ἔχει.
ταὶς ἡ διπόσολες πάντας ὑπὸ θύεταις τῷ καρποῖν, τὰ εἰς
μετάλινα, τὰ εἰς παγαστήν, τὰ εἰς ποτίσματα, ὃν ὀλένα μὲν
ἀπαντάνομα τέλον, καὶ τερατεῖστας ὑπὸ εἰπολ
λάς, τὰ χρηματινὰ γυμνασίαρχες τὸ εὐλόγη πότερον τῶν
εἰσιν εἰς τάπτοις οὐ μελιτοῦ. ταὶς τοῖς αἵρεσις πολύμηταις οὐ τὸ τύπτει
τηρεῖν ἀμαλικόδαμεν π. Εἰς τερατεῖστας καθίσταμεν. Εἰς τοῖς
αἴρισθαι

res illius, Atheniensēs, ipsum bellum, nōdō aggre-
diamur. Verūm si domi sedebimus, conuicantes
audituri & criminantes inter se oratores: nō fieri
vlla ratione vñquam potest, vt quicquam ritē confi-
ciamus. Nam, vt mea quidem fert opinio, quo cun-
que pars aliqua ciuitatis ablegabitur, tametsi tota
non adsit: ibi & deorum & fortunæ benevolentia
nobis opitulabitur. Cūm autem imperatorem, & de
cīnib. ipsū cretū inane, & spes concionales mītītis: nihil à
militāndū.
vobis feliciter geritur: sed vt hostes derident istius-
modi expeditiones, ita socij metu emoriuntur. Non
enim potest, nō potest fieri, vt vnu vir vñquam vo-
bis ea conficiat omnia, quæ vultis: polliceri quidem
& affirmare, & accusare hunc & illum licet. Sed his
rebus omnia perierūt. Si enim dux miserorum mer-
cede fraudatorum militum succubuerit: qui verò de
rebus illic ab eo gestis, ad vos ex hoc loco expedite
mentiantur, extiterint: & vos ex auditu, quicquid in
mentem venerit, temerè decreueritis: quid, quæ so-
vos, expectandum est? Sed quódnam istis malis re-
medium inuenietur? Hoc: si vos, Atheniensēs, eos-
dem designabitis & milites & testes actorum ducis:
& vbi dominū reuersi fuerint, iudices rationum re-
ferendarum. Neque enim vobis audienda tantum
vestra sunt, sed & corām intuenda. Nunc ed flagiti-
ventum est, vt quique daces bis & ter capitīs cau-
sam apud vos dicant, cum hostibus autem eorum
nemo vel semel de vita dimicare sustineat: vt que
plagiariorum & furum interitum honestæ morti
præferant. Malefici enim est, iudicū sententia con-
demnatū emori: ducis, cum hostibus præliantem.
Vestrūm autem alij circumeunte, cum Lacedemo-
niis agere dicunt Philippum, de Thebanorum euer-
sione, & res publicas diuellere: alij, eum misisse lega-
tos ad regem Persarū: alij, oppida munite in Illy-
riis: alij, suas quisque commenti fabulas, obābulam-
mus. Ego verò equidem existimo, Atheniensēs, e-
brium esse eum rerum gestarum magnitudine, &
eiusmodi somnia multa suo cum animo agitare,
cūm quia videt neminem esse qui impedit, tum
successibus elatum: non tamen ea sic agere instituisse,
vt qui apud nos sunt amentissimi, norint quid ille sit facturus. Stolidissimi enim sunt isti nugatores.

Peroratio At si,his omissis, illud spectemus,hominae esse nobis inimicum:& nostras nobis opes eripere:& longo iam iam tempore insolenter se gessisse: & quæcunque sperauimus aliquem pro nobis esse acturum,ea, ut constat,contra nos esse omnia : & cætera in nobis in ipsis esse posita:&, si nunc illic belligare noluerimus cum eo:idei fortasse nobis hic a cere necesse fore,hæc si statuerimus:& rectè sentiemus,& inanes fabulas missas faciemus. Neque enim quæ sint futura,quærendum est:sed aduersa futura(nisi rebus gerendis intenti fueritis,& fungi officio volueritis)pro comperto habendum. Ego igitur nec vñquam alias ad gratiam loqui institui, nisi idem & profuturum vobis persuasum haberem : & nunc quæ sentio simpliciter omnia , sine vlla tergiuersatione liberèque sum elocutus. Velim autem, ut exploratum habeo, è re vestra esse, ut ea quæ optimæ sunt,audiatis.sic scire me,etiam fidelissimo suasori idem profuturum. Multo enim minus grauatè dixisse. Nunc, quanquam obscurum est, quidnam hinc consecuturus sim:tamen quia persuasum habeo hæc factu vobis fore utilia , dicere institui. Vincat autem id, quod vobis omnibus profuturum est.

εἰναι φράξεις ταῦτα, πεποίθας, λέγειν, αἴσχυντα γνωμήν ἢ στην πάντα οὐδὲν μάλλον σωσθεῖν.